filii Veltri, et Iaferius[c] fecerunt pacem, et securitatem cum Lucanis, et contra Pisanos juraverunt, pecunia multa[a] a Lucensibus sibi data, Et Lucani juraverunt eis[b] Roccas[c] de Corvaria destruere; Lucenses vero cum predictas Roccas destruere cepissent, Currradus Sciafer[c] et filii, cum quibusdam suis fidelibus satis ingeniose et caute Terrenovam predictarum Roccharum recuperavit, Nonas januarii, et in ipsam intravit, inde expulsis Lucanis. Pisani vero illuc currentes per mare eam munierunt, et succurrerunt, et viriliter tenuerunt, unde in magnum Lucani devenerunt dolorem.

A. D. MCLXXIIII[d] in consulatu Romberti[e] quondam Petri Pagani, et Gaitani, Burgundionis et sociorum, novem sunt Pisis factae[f] pro guardia maris galeae, Et in eodem consulatu quidam nobiles cives Pisani galeas armaverunt, viriliter, et sex magnas Januensium galeas, sine aliis parvulis lignis ceperunt. Eodem anno consules predicti comitem Gerardum, et magistrum Robertum[d]

c) Jafferus V. Jafferus G.

a) pecuniam multam Lu..... cum juraverunt Gem. V. G. Trasc.

b) et eius corr. eis

c) Roccham G. Roccas B.

roccas B.

c) ciaferri et filii V. Ciafferi G. Ciafer B.

terre novam V.

Roccarum B. recuperaverunt B.

munieverunt G.

d) MCLXXIIII. V. 1174. G. MCLXXIV. B. consolatu G.

e) Rombti V. Romberti quondam G. Ronberti B. Pagani B.

f) fce V.

d) magistr Rombtum V. Rombertum G.